

## III.

**R**ADICES doctrinae sanctissimi, securissimique Doctoris perfectas ille non habet satis, qui statuit, gratiam Christi Salvatoris medicinalem, quam efficacem Schola vocat, per quam solam operamur, quidquid boni operamur, non aliud esse, quam caelestem quandam, atque ineffabilem suavitatem, seu spiritualem delectationem justitiae, aut legis, aut operis boni, aut recte facti, qua voluntas praevenerit, aut flectatur ad volendum, faciendumque, quidquid eam Deus velle, aut facere constituerit: solam caritatis inspirationem esse ejusmodi gratiam, nullum esse actionis, aut volitionis bonae, nullum effectum efficacis gratiae, qui non illi, tanquam verae gratiae Christi, veraeque causae tribui debeat; tantopere vero juxta Augustini mentem constantissimam, necessariam esse, quando cum terrenarum rerum tentationibus, aut delectationibus dimicamus, magnam, adeoque majorem, ac victicem delectationis gratiam, ut nisi major fuerit, quam terrena delectatio, fieri possit, quin non propriae voluntatis infirmitate vincamur; delectationem autem illam caelestem non esse aliud, quam actum quemdam indeliberatum, & caelestem immixtum in voluntatem, illumque esse partim primum, & indeliberatum affectum animae, seu actualem complacentiam; partim etiam, & crebro secundum, nempe indeliberatum desiderium, & amorem, quibus anima improvi- se, suaviter, & delectabiliter afficitur Deo, rapiaturque.

## IV.

**T**OTAM doctrinam Augustini, diametraliter sua repugnanti, perturbat, & intolerandis modis ab ejus mente detorqueat, qui docet, sine caritate, qua vere, sincere, & gratis ex animo, propter se ipsum, nullius creaturae, sed ipsius solius intuitu diligatur Deus, nullum esse, vel posse esse opus vere bonum: solam absentiam ultimi finis, tanquam circumstantiae maxime necessariae, ad verum peccatum abunde sufficere, & non solum actionem supernaturalem, meritoriam, ad vitam aeternam conferentem, sed omnem omnino actionem vere bonam, hoc est, non malam, seu non peccatum, ad verum Deum esse referendam, ut hoc ipso, quo non referatur, peccatum sit, & virtus, quae illam facit, non virtus, sed verum vitium, tanquam actionis male principium, vocari mereatur: operaque, quae, quia ad Deum non diriguntur, nihil ad vitam aeternam conferunt, non esse bona, sed tantummodo minus mala, peccata tamen ignibus punienda: per illa opera non esse homines tantum steriliter bonos, hoc est, sine fructu vitae aeternae, sed magis, aut minus malos, injustos, & ex iis, tanquam ex operibus malis, reos effici, & voluntates ea proferentes (intellige volitiones) non posse esse arbores bonas, ideoque excidendas & in ignem mittendas: sententiam Philosophiae admiratorum (Suaris, Vasquis, &c.) non aliud esse, quam ipsissimam illam Juliani sententiam, in quam, tanquam contra chimericam imaginationem, invehitur Augustinus.

## V.

**V**IX quisquam reperitur facile, qui Augustini doctrinam magis perturbaverit, minusque assensum sit, quam ille, qui docet, opera ante fidem facta, omnia omnino opera infidelium, nullo excepto, non tantum non esse bona, & ad vitam aeternam inutilia, sed mala, &

vera peccata, nec esse posse, nisi peccata; id tantum docuisse Augustinum asseverantia, atque securitate, ut majore non posset Catholicam fidem mentem illum suam tanta manifestatione declarasse, ut, si solis radiis eum scribere voluisset, vix illustrius eam depingere posuisset: mentem ejus de iis etiam, quae vocari, & haberi solent moraliter bona, tam esse claram, ut homo, nulla sententia contraria praecoccupatus, non possit aliud suspicari: non intelligendum Augustinum regulariter, & moraliter, quod plerumque operantur, ut infideles, sed Augustini mentem formaliter, universaliter, sine ulla exceptione intelligendam esse: Augustinum semper solam fidei absentiam, velut male operationis originem, causamque sufficientissimam peccati, incutere. Enimvero vero de tanti Doctoris doctrina ludit, qui ait, hanc doctrinam Augustinum mordicus, tanquam verissimam, Christianam, atque Catholicam, contra Julianum, illam, tanquam falsissimam, refellentem, defendisse, nugasse esse, delirium, insaniam, errorem, impietatem, contrariam Christianorum sensui, Scripturis, & fidei juxta Augustinum, & Concilium Araucanicum, quod infidelium sint utla opera sine peccato.

## VI.

**N**ON parum ab Augustini mente exorbitant, qui impossibile esse putant, ut ille, qui in peccandi proposito constitutus est, sola poenae formidine ita mutet voluntatem, concipiatque propositum bene vivendi, peccata universa relinquendi, & observandi totam legem, fugiatque peccatum, & detestetur, ut, dum peccatum timendo cavet, nullo peccato sine interno, sive externo maculetur: doctrinam Scholasticorum mirabilis esse paradoxo novitatem, eamque principis Augustini solidissimis, ex quibus Pelagiana haeresis expugnata est, directe refragari. Imaginatio enim est haec fundata in mera hallucinatione de Augustini cum Pelagianis disceptatione; nec ipse verum obscuram astractus satis penetravit, qui ait, magna admiratione dignum esse, quod Scholastici docent, dolorem, quo quis de peccatis ex solo poenarum infernalium timore dolet, atque detestatur, quam attritionem vocant, dispositionem idoneam esse ad justificationem in Sacramento Poenitentiae, aut Baptismi recipiendam: Non minus vero intolerabile est illud alterum paradoxum, quo dicere ausus est, Scholasticorum sententiam non solum Augustini principis ex diametro repugnare, sed etiam a Synodi Tridentinae Patribus multis modis proscriptam esse: Trid. multis locis evidenter significare, nunquam justificationis gratiam, sive extra Sacramentum, sive in Sacramento tam Poenitentiae, quam Baptismi adultis dari, nisi contritio antecedit. Longe satius esset, palam a Trid. discedere, quam ejus doctrinam, tot ludibriis adulteratam, vendicare.

## VII.

**V**ERUM caritatem difficultatibus omnium, quibus Massilienses in errorem abrepti sunt, minus, quam par est, attendit, vel penetravit, in easque opiniones, unde evadit, sine maxima Catholica, & Semipelagiana doctrinae perturbatione, non potest, si compingit ille, qui vult, Massilienses, praeter praedicationem, atque naturam, ad initium fidei, orationem, desideria, permanentionem in fide, similesque actus bonos, quos homini in potestate remansisse, sentiebant, & humanae libertatis, & voluntatis adscribent viribus, vere internae, actualisque gratiae adiutorium necessarium statuisset, Augusti-

ustinumque omnino semper ad omnem omnino bonam voluntatem, qua Deo creditur, Deus rogatur, sanitas petitur, gratiam Dei, & adiutorium factum esse, non modo senem, cum confluit cum Pelagiana peste, sed etiam quando Presbyter, & Catechumenus in eodem, quo Massilienses, errore versabatur; ipsosque adeo Pelagianos cum Catholicis potuisse coalescere, si Augustinus talem explicandae gratiae rationem, cum qua indifferens maneret homini, & in propria potestate positum, credere, vel non credere, ejus adversariis tradere voluisset; eos immania illa portenta, quae ex Augustini opinione pullulare aiebat, non formidasse, nec tantis clamoribus quositos esse, sequi ex illo adiutorio sine quo non, omnibus preparato, nec fuisse inimicos gratiae ad credendum, & perseverandum, nisi illius tantum, quae adamantina quadam Dei constitutione, quam mutare non possent, voluntates praevenerit.

## VIII.

**L**ONGISSIME recedit ab explicanda vera libertatis ratione, quam Augustinus tenuit, qui ait, paradoxum in Augustini doctrina esse, quod actus aliquis voluntatis propterea liber sit, quia ab illo desistere voluntas, & non agere possit, diametraliterque potius e contrario semper ab eo propterea libertatem alicujus actus asseri, quia voluntas eum agere potest: Scholasticos, cum nullam suspicari possint libertatem arbitrii, nisi semper hesitantem, & quasi in bivio quodam fluctuantem indifferentionem, ut eligat, vel non eligat, eligat hoc, aut aliud, putare & Augustinum, cum liberum arbitrium nominat, de simili indifferentione loqui: hoc nihil esse absurdum, & quantum Arcticus polus ab Antartico discrepat, tantum rationem libertatis, quam Augustinus docet, ab eorum libertate dissentire: non umbram esse ullam in omnibus scriptis Augustini, quod libertatem in voluntate majorem velit fieri, quod possit eligere, vel non eligere, hoc eligere, vel illud bonum: indifferentionem contraditionis esse mere Philosophiae foetum, nec ab Augustino, nec a Prospero, aut Felgentio, sub nomine libertatis arbitrii, propugnatam, requisitam agnitam fuisse: indifferentionem contrarietatis, qualem admittunt Scholastici, ab Augustino constantissime negatam fuisse, & a Pelagianis contentiosissime postulatam: illa data, nihil facilius esse, quam totam Pelagianam haeresim defendere, ipsamque peccatum originale de medio tollere: sententiam istam, velut erroris Pelagiani nidum, fortiter, & acertime refutasse Augustinum.

## IX.

**C**IRCUMSPECTISSIMO Doctori Augustino attribuit ille paradoxa, quibus nec a Stoicis paria excogitata sunt, qui ait, omnem omnino voluntatem, quantumcumque determinatam ad unum, esse liberam: idem esse voluntatem, seu volitionem, & liberam voluntatem, velle, & libere velle, impossibile esse, ut velle non sit liberum; liberum actum esse idem, atque non coactum, seu voluntarium, & spontaneum, prout voluntas voluntarium, & spontaneum designant motum rationalem, cum rationis advertentia, & circumstantiarum cognitione: violentiam quidem, & coercionem capitaliter repugnare libertati, eamque funditus interimere; non autem illam necessitatem, qua simpliciter necesse est, aliquid fieri, non repugnante, sed immobili volente voluntate; Recentiores, qui ad nomen inchoate voluntatis exhorrescunt, intolerabili antiquitatis imperitia,

in sententias istas lapsos esse: Nullam immutabilitatis, inevitabilitatis, vel quocumque voces nomine, sed solam coactionis necessitatem essentiali, & genuinae arbitrii libertati repugnare. Quicumque aliam libertatem in Augustini scriptis quaerit, oleum illum, & operam perdet, nec exitum ex labyrintho inextricabili plurimarum difficultatum inventurum: Quicumque doctrinam istam erroris insimulare ausus fuerit, non Augustinum, sed Philosophiam fortassis Aristotelis ducem, ac patronam eum habiturum esse, & in illud doctrinae culmen, & columnam necesse esse, ut anathema primum dicat

## X.

**I**LLI Oculis clausis pervicacia, qui docet, in illo acerrimo, diuturnoque conflictu, quo cum Pelagianis de gratia, & voluntatis libertate decertatum est, nusquam vel semel, nec ex professo tradere Augustinum, nec per transennam insinuarere, nec in illis ejus libris inveniri posse unum textum, vel vestigium opinionis illius, quod idcirco voluntas sub gratia, quae facit eam facere, maneret libera, quia cessare posset, & actum volendi sic exerceret, ut eum posset suspendendo sustinere: sed potius conspirare omnia, idcirco esse liberam, quia, quantumcumque Deus efficaciter per gratiam operetur, gratia voluntatem non nihil agentem, non nolentem, aut invitam potentissime velle, & operari facit, ex Augustini locis, quibus cuncta ejus opera contra Pelagianos referta sunt, luce meridiana manifestius apparere istam unicam gratiae cum libera voluntate conciliationem ab ipso agnitam, probatam, traditam esse Christianis, & ejus solius explanatione hostibus Ecclesiae satisfacere eum voluisse: haec omnia ad amussim, maxime, mirabiliter, ex omni parte, principis, ab eo traditis, de libero arbitrio convenire, ipsamque rerum admirabilem consonantiam altissime clamare, hanc ipsam esse veram, genuinamque Divinae gratiae cum libera voluntate concordiam: Concilium Tridentinum, sessione sexta, canone quarto, eandem omnino concordiam gratiae, & liberi arbitrii terigisse, & Romanos Pontifices, & omnes veteres gratiae defensores, unanimi consensu.

## XI.

**A**UGUSTINUM ille ex privatissimis doctrinae principis sententiam torquet in sensus a se praecupatos, & ab ejus mente alienissimos, qui ipsum ait docere, Deum in perpetua voluntate, qua potenter, & immutabiliter vult justitiam, vel non vult peccatum, & injustitiam, esse liberum: Beatorum arbitrium liberum esse in illa ipsa immobili & indeclinabili voluntate non peccandi, & fruendi Deo, atque ab ejus amore non deficiendi: Christo liberam fuisse voluntatem, qua peccare non possit, aut mala voluntatis motum aliquem admittit: Has liberrimas esse voluntates, & propriissime dicta libertate: Demones amissis penitus, & irreparabiliter libertatem ad bonum, & potestatem benevolendi, & benefaciendi, retenta perfectissime libertate ad malum, & potestate solius mali, perfectissimeque esse liberos a justitia, servosque peccati: rationem tamen peccati nihil quidquam continere, quod non maxime in eorum facta quaderet, quae contra legem aeternam scientes, videntes, libentesque dicunt, faciunt, concupiscunt: gravissimorum eos, certissimorumque peccatorum auctores esse, blasphemiasque illas in Deum horribiles, neminem sane mentis inficiari posse, gravissima esse scelera mentis facino-

cinora: Augustinum non tantum peccandi voluntatem Diabolo, & vera peccata, sed etiam peccatorum supplicium attribuire, & cum non modo peccatorum, sed & poenarum luendarum reum facere.

## XII.

**Q**UIS, nisi oculos apertissime veritati clausit, non videat, paradoxum in Augustini doctrina esse, quo universa ejus principia, & doctrinae regulae, quas de libertate ad peccandum generaliter tradit, jugulentur, generale Scholasticorum pronuntiatum, quod quidquid ex invincibili sit ignorantia, hoc ipsa culpa vacat, esse solemne illud Pelagianorum dogma, Catholicorum Episcoporum judicio, in Synodo praesidentium, Augustinique, toties Episcoporum judicium approbantis, calculo sine ulla tergiversatione damnatum, quod ignorantia, quae non secundum voluntatem evenit, sed secundum necessitatem, peccato non subiacet: eam peccandi necessitatem, quae ex ignorantia illa invincibili, & incurabili sequitur, a Pelagianis fuisse exagitatam, eam vero Augustinum agnovisse, ingenuae confessionis esse, asseruisse apertissime, constanter admisisse, nec unquam ad aliquam impropiam five peccati, five necessitatis acceptionem fugisse; sed esse illa ex ejus mente, quamvis necessaria, tamen vera peccata, ad culpam imputanda, remissione delenda, poenis plenda: Hoc Augustinum, hoc Hieronymum, hoc Concilium Palaeatinum, ut rem in Ecclesia Catholica extra omnem controversiam, docuisse: Augustinum doctrinam illam de ignorantia invincibili juris naturalis, praevagationem quidem, non tamen peccatum excusante, ex Apostolo hausisse.

## XIII.

**N**IMIS enormiter ab Augustino, & veritate aberrant, qui persuadere moluntur sanam hanc esse, sanctamque Divi Augustini doctrinam: Omnes, qui non sunt ad salutem praedestinati efficaciter ante omnem absolutam cujuslibet meriti praesentiam, esse a gloria hoc ipso, & in eo ipso signo, quo Deus alios elegit, exclusos efficaciter, & reprobatos actu positivo, Deumque non solum eos non voluisse liberare, sed etiam positive noluisse eos a toto statu perditionis, in quo eos jacere videt, hoc est finaliter a perditione liberare, reprobationisque istiusmodi positivae, five ille parvulus vel adultus fuerit, five ad tempus iustificandus, five in iniquitatibus tota vita mansurus, non aliam esse causam, nisi massae perditae meritum, seu peccatum originale, quo periisse, & damnationem ejusmodi meruisse praevidentur; non autem actuale peccatum praevium, quo iudicentur indigni & regno, & gratia Dei: cur vero ex duobus, quorum uterque originali culpa maculatus est, hic, non ille reprobetur a Deo, rei illius nullam omnino causam dari posse ex parte hominis, sed pendere a puro beneplacito Dei, idque apud Augustinum innumeris inculcari locis adversus Pelagianos: Imaginationes enim illas, quas ex male intellectis Augustini, & Pelagianorum principis peperit Irenaeus libro decimo de Gratia Christi Salvatoris, falsissimum est, convenientissimum in Augustini principia quadrare.

## XIV.

**Q**UI ausus non sit dicere, Deum hoc ipso, quo quosdam liberandos, ad aeternam vitam elegit, ceteros positive ad poenas omnes sensus,

quas in inferno reipsa pro peccatis omnibus passuri sunt, reprobando damnasse, eum vehementer admirabile est sine vacillatione docere illius positivae reprobationis, qua supplicii omnibus aeternis eos Deus multandos esse constituit, causam formaliter esse peccata omnia, cum quibus, & in quorum reatu, morituri sunt, sed radicaliter etiam originale peccatum, quia ex illius supplicii quidquid peccatorum a reprobato perpetratum est, fluxerit, ( licet inde omnia necessario, & inevitabiliter fluant ) ita ut tota illa suppliciorum concatenatio ( quae semper necessitatem ineluctabilem adiungam habet ) usque ad ultimam damnationem in ignem aeternum, radicaliter, & mediate in peccati originalis meritum referendum videatur. Tridentinae vero Synodi doctrina principia non recte apprehendit, qui sic interpretatur decretum de peccato originali §. 5. sess. 5. ut quamvis verum sit, in multis culpam originale Christi baptismate deleri, nec propter culpam jam deletam immediate posse eos regno caelestis hereditatis excludi, simul tamen velis, propter illam culpam noluisse Deum ipsi totale beneficium liberationis concedere, & a perditione, sic ut eam reipsa evadat, liberare.

## XV.

**M**ULTO vero enormius ab Augustini mente recedit ille, cum docet, primae istiusmodi reprobationis, qua nempe reliqui omnes a Deo, aliis liberandos praedestinate, praeteriti, ex illa primae originalis iniquitatis culpa, & praevagatione, quae omnium fuit, reprobandi sint positive, & tanquam indigni praedestinatione, ab aeterna vita, quae est in regno Dei, realiter adipiscenda, exclusi, finaliterque ideo in perditione relinquendi; illius, inquam, reprobationis effectus esse excitationem, obdurationemque eorum, qui ad interitum parati sunt, & traditionem illorum in desideria cordis sui, atque desertionem ejusmodi, qua Deus non miseratur, nec gratiam tribuat, qua peccata caveantur, ut subtrahatur gratia, fiant caeci, atque duri; demum permissionem peccatorum, quae a reprobatis, post contractam originalem noxam, fiunt: Deumque ideo talibus misericordiam, & gratiam in tempore negare, quia aequitate occultissima abiecit eos, ne perveniant ad regnum suum; ita ut, etsi culpa non maneat, qua damnatione fuit digni, maneat tamen poena, per quam, semel culpa extracta, novum iterum reatum perditionis incurrant, & ex reliquiis istius peccati, quas non absterferit Christi gratia, fiat, ut, omnibus istiusmodi massae supplicii impellentibus, iterum in peccatum ruant, nec solum in massam perditionis, sed etiam in statum perditionis relabantur, in eoque maneat, & moriantur.

## XVI.

**T**RITA ergo haereticorum arma non colligunt, nec obsoleta recidunt, qui locum Apostoli Epistolae 1. ad Timotheum: Vult, omnes homines salvos, &c. de omnibus omnino, quantum in Deo est, intelligi, volunt: mirum est, tam perniciter praedicari, eam istius loci Apostolici explicationem non esse genuinam, immo contrariam Divinae gratiae sinceritati: hanc sacrorum verborum expositionem neque verbis Apostolicis congruere, & scopo Apostoli manifeste repugnare, atque ab errantibus introductam fuisse: & a veris, antiquis, genuinis defensoribus gratiae, tanquam dissonantem a veritate, reprobata: non exiguum isti interpretationi praedictum facere, quod se

explicuerunt hostes gratiae, Pelagiani, & Semipelagiani: nunquam illam Augustinum, nisi quando Semipelagiano errore falebatur, admittere voluisse: quodque existimant Recentiores, Augustinum expositionem illam in libro De spiritu, & littera amplexum esse, eos falli, & objectionem Pelagianam pro solutione arripuisse; Prosperumque nunquam eorum opinionem, nequidem in libro De vocatione gentium, docuisse: eam expositionem ex professo impugnavit multis locis Prosperum, & Fulgentium, nihilque omnino doctrinam Damasceni de antecedente salutis omnium voluntate Recentioribus prodesse, eamque cum negandae salutis, & gratiae sufficientis voluntate subsistere: Quod vero pro ista Recentiorum interpretatione multi veteres proferunt, non multum ei conciliare auctoritatis.

## XVII.

**M**ALESANUS est medicus, fideiisque morbis preparat antidotum, qui Recentiores imaginatus ad eundem, atque Massilienses, scopum colligere, eorumque argumenta eadem esse, quibus Massilienses usi sunt, & eandem se Augustini, & Prosperi solutiones opponere, mira securitate, atque vehementer praedicat argumentum istud, quo Christus redemptionem se pro omnibus dedisse dicitur, nihil omnino pro auxilio sufficienti, omnibus, nullo excepto, suppeditando, facere: non pro omnibus omnino, juxta doctrinam Antiquorum, Christum passum, aut mortuum esse, aut pro omnibus omnino tam generaliter sanguinem fuisse, eosque hoc potius, tanquam errorem a fide Catholica abhorrentem docere esse respiciendum: nullo modo principis Augustini consentaneum esse, ut Christus Dominus vel pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro iustorum non perseverantium aeterna salute mortuum esse, sanguinem fuisse, semetipsum redemptionem dedisse, Patrem orasse, sentiat: juxta sanctissimum Doctorem, Christum non magis Patrem pro aeterna liberatione ipsorum, quam pro Diaboli deprecatione esse; fieri non posse, ut pro quo sanguinem fiderit Christus, & mortuus fuerit, & rogaverit Patrem suum, non assequatur istius mortis, & propitiationis, & deprecationis effectum, profurumque illi necessario Christi sanguinem, & mortem; & cui nullo modo prodest Christi sanguis, & mors, pro illo nec sanguinem fuisse Christum, nec mortuum esse.

## XVIII.

**F**ALSISSIMUM ergo, absurdissimum, impiissimum, & Christianae fidei contrarium est, esse praecipua quaedam, hominibus, non tantum infidelibus, execratis, obduratis, sed fidelibus quoque, & iustis, qui & fidem Christi, & caritatem iustitiae susceperint, volentibus, conantibus secundum statum, in quo sunt constituti, & praesentes, quas habent vires, impossibilia, deesse quoque gratiam, qua possibilia fiunt: hoc sancti Petri exemplo, aliusque multis quotidie manifestum esse: fidelibus multis deesse illam sufficientem gratiam, & quarundam cupiditatum tentationes aliorum hominum vires superare, ita ut eas superare non possint; & consequenter deesse illam perpetuam, quam quidam praedicant, facienda praecipua potestatem: non esse tamen excusatos, five fideles, five infideles, qui sufficienti adjutorio careant, etsi sine illo praecipuum absolute implere non possint; & non magis hic, & nunc, & absolute dici possit, fieri praecipuum posse, quam si sine aliis volare quis posse diceretur, &

etiamque ejusmodi, sine gratia sufficiente, esse liberum liberare, quae ad peccatum sufficit, non minus, quam si illius adjutorio moniretur: Doctrinam Scholasticorum esse illud ipsum telum praecipuum, quo a Pelagianis petebatur Augustinus: sollicito vero, solide, influente sanctissimum Antistitem docere, etiam eos, qui credunt Deo, & jam iustificati sunt, etiam volentes, conantesque, multa Christianae doctrinae praecipua implere non posse.

## XIX.

**P**LUS sudat in Augustino, praecipua suam opinionem stabilendo, quam genuinum Patris sensum indagando, qui docet, ab Augustino sextentis locis tradi perspicue, reipsa homines gratiae adjutorio, quod ad implendam legem necessarium est, caruisse, ideoque, fervente concupiscentia, non nisi sub praevagatione jacuisse reos: ideoque hoc ab Augustino dici, quia non solum lex non dabat gratiam, sed quia cum lege data illis transgressoribus, per carnem infirmantis, gratia non dabatur: Reipsa legem in Judaeis, qui eam acceperant, a gratia fuisse separatam, & fuisse quendam sub lege statum, sub quo generaliter, paucis exceptis, Judaica natio ante Salvatoris adventum fuerit, in quo non solum non daretur gratia sufficiens implendi hoc, quod jubebatur, multo minus gratia sufficiens ad salutem; sed e contrario talis gratia, juxta doctrinam Apostolicam, ab Augustino prolatam, latroni leogipum nempe legis praecipuum fuisse, ut multitudinem peccatorum, & praevagationum humiliati, discedent, ad gratiam, quam non habent, implorandam fugere. Mirum vero est, eo usque ineptiae progressum quempiam, ut praedicet, doctrinam illam esse in Scripturis aperte comprehensam, verissimam, & Apostolicam, ac velut basim veteris, ac novae legis, ut qui eam labefactare tentaverit, is universam aeternam veteris, novique Testamenti confundere molliatur.

## XX.

**P**LUS studii suscipit ad obscurandum ea, quae in Augustini scriptis manifesta sunt, quam ad ea, quae obscuriora sunt, illustranda, qui ait, multis modis, magna claritate Augustinum docere, excruciatos, obduratosque ab adjutorio sufficienti profus deserit, ipsique subtraham esse sufficientem gratiam, non solum eam, quae cordis oculis videant veritatem, eamque mollitate voluntate secedunt, & qua possunt vel videre, vel credere, vel recte vivere; sed etiam eam, qua peccata cavere, & vitare possunt, quae ex istis principis proficisci solent: rarissimam esse gratiam, qua caecitas dispelli, & peccata, ex caeci cordis errore nascitura, vitari possunt, & iudicio Dei nunc multis deesse: idque Augustinum absoluta auctoritate definire, non de obsecratis, & obduratis tantum, ( de iis ipsum nunquam vel dubitasse ) sed generaliter de multis aliis peccatoribus: docere Augustinum, iustis quibusdam gratiam subtrahi, sine qua impossibile est, iustum manere, & iniustum recte vivere, & peccata vitare, quamvis velit: ex ista igitur cordis caecitate, & voluntatis obduratione nasci praecipua quaedam peccandi necessitatem, quaeque non est aliud, quam impotentia quaedam, & insufficientia cavendi peccata, tentationesque superandi, quae non aliunde nascatur, quam ex eo, quod sufficienti illo adjutorio deserunt: possibilitatem semper videndi, & bene vivendi, quam Scholastici

fici peccatori semper adesse volunt, illam ipsam esse, quam defendebat Pelagius.

## X X I.

**F**ACILE videt, quisquis Augustini principis innuitus est, supra modum paradoxum esse, infideles omni gratia sufficiente ad non peccandum, & consequenter ad salutem æternam adipiscendam carere: eum statum carere gratia non solum faciendi bonum, sed gratia non faciendi id, quod prohibetur, malum, seu non consentiendi carnalibus concupiscentiis, adeoque ingentem tentationum superandarum impotentiam in omnibus infidelibus reperiri: diversa, & Augustino ex diametro adversa via Scholasticos Doctores ingressos esse ad gratiam sufficientem vitandi peccata, infidelibus afferendam: Doctrinam illorum, in Augustino, Prospero, Fulgentio, cæterisque veræ gratiæ defensoribus, profus inauditam esse, & a Semipelagianis ortum habuisse: Indubitam Augustini indolem, ac doctrinam esse, quod infideles non solum habeant sufficientem gratiam servandi præcepta naturalia, ( id mirabili exorbitatione Scholasticos docuisse) sed nullam omnino, qua vel bene vivere possint, vel naturalem legem servare, vel peccata vitare: esse hanc profundissimam, solidissimam, castissimam sancti Præfatis doctrinam, quam Scholastici non intellexerunt; illamque Augustinum in Apostolicis documentis fundasse, & velut Ecclesiæ Christianæ basim, posteris tradidisse, eamque ideo & Prosperum, & Fulgentium ad amissum secutos esse, & Concilium Atracianum canone sanxisse.

## X X I I.

**G**RATIA non dicitur efficax a consensu, & cooperatione hominis, sed a propria, & singulari virtute, quam habet, inferendi omnino certo suum effectum, & attrahendi infallibiliter voluntatem ad consentum, & cooperationem. Non dicitur tamen efficax, nisi ex eo, quod vere præsupponatur, aut præsciatur a Deo, habitura suum effectum, si detur in his, aut illis circumstantiis: ex eo enim habet omnia, quæcumque possunt ad illius efficaciam requiri. Non differt igitur gratia efficax a gratia mere sufficiente, neque per suam entitatem, neque per entitatem alterius ullius seu auxilii, sibi a Deo superadditi, seu dispositionis naturalis, aut accidentalis, in qua supponatur esse ille, cui datur, seu circumstantia ullius cuiuscumque rei extrinsecæ; neque per congruitatem, aut contemperationem aliam cum voluntate ejus, cui datur, quam quæ sit pure consequens, non antecedens eam hypotheseim, aut præscientiam: antecedenter ad quam seu hypotheseim, seu præscientiam, nihil habet gratia efficax neque intrinsecæ, neque extrinsecæ, neque relative, quod dicat supra gratiam mere sufficientem. Gratia medicinalis non differt a gratia sanitatis aliter, quam extrinsecæ, & pure subjective, atque objective, quod habeat pro subiecto hominem ægrotum, cum alia haberit hominem sanum, habeatque idcirco hæc pro objecto multas, quas non habuit illa, difficultates superandas.

## X X I I I.

**N**ON dantur in tempore, nec decreta sunt, aut preparata unicuique a Deo ab æterno gratiæ, nisi ex affectu sincero, & quantum est ex se, efficaci illum salvandi. Non dantur ergo, nec decernuntur cuiquam gratiæ ullæ, aut series gratiarum, neque ut, & quia sunt inefficaces, & inutiles ad salutem, neque cum delectu, quæ sint future inefficaces, neque ex cognitione antecedenti, qua præviderit Deus, futuras illas inefficaces, si dentur. Non decreta sunt proinde cuiquam, aut preparata a Deo gratiæ, inefficaces ad salutem, ex alia scientia, seu cognitione, quam ex scientia simplicis intelligentiæ. Nec datur semper adultis a Deo, quantum est ex se, omnibus æqualiter actualis interna gratia, nec datur semper, & continue omni momento, neque iis temporibus certis, quibus datur, proxime semper, & immediate datur omnis, quæ est necessaria. Quod vulgo dicitur: Deum facientem, quod in se est, non denegare gratiam, intellectum de fidelibus hæc sensu, quod illis facientibus, quod in se est, cum præfenti auxilio gratiæ, non denegat Deus auxilia ulteriora, quibus indigere possunt, summam habet Divinæ fidei certitudinem. De infidelibus autem hoc sensu, quod illis, per solas naturæ suæ vires facientibus, quod in se est, Deus non denegat auxilium vocationis ad fidem, si nempe, vitando, quantum in se est, omne peccatum, non ponant illi obicem, dumtaxat probabile est.

## X X I V.

**G**RATIA interna actualis necessaria sane est & ad opera meritoria vitæ æternæ, & ad opera quæcumque dispositione positive ad receptionem gratiæ. Necessaria vero non est in statu naturæ lapsæ interna eadem gratia actualis, neque ad bona quælibet moralia opera, neque ad quamlibet victoriam tentationum, neque ad quamlibet Dei dilectionem, etiam absolutam, & de se efficacem, super omnia proposito, & affectu, neque ad cuiuslibet præcepti legis naturæ observantiam, aut ad peccati cuiuslibet fugam. Necessaria non est gratia ulla Dei, neque interna, neque externa, ad perseverantiam in gratia, seu temporalem, seu finalem pure negativam. Sæpe non est etiam necessaria gratia ulla Dei ad perseverantiam, seu temporalem, seu finalem, etiam positivam, quæ sit per breve tempus, & sine ulla gravi difficultate. Ad perseverantiam vero positivam finalem per longum tempus, non requiritur alia gratia, quam quæ requiritur ad perseverantiam positivam temporalem per longum tempus, nec requiritur, quæ distincta sit, & diversa ab ea, quæ datur, aut offertur communiter omnibus iustis per aliud quodcumque tempus suæ vitæ, ad perseverandum diu in gratia; nec vero quæ sit specialis hoc sensu, quod non detur, aut non offeratur iustis omnibus, sed tantum aliquibus specialiter dilectis, aut quod non detur ex generali, sed tantum ex speciali providentia.

*Harum Conclusionum veritas, Deo duce, faventeque Virgine, propugnabitur in Regio Ludovici Magni Collegio Societatis JESU, die XXI. Februarii anni M. DC. LXXXV. a secunda ad vesperam.*

JESUIT.

*Conclusiones Theologicae de Peccatis, & Gratia. Quatenus cum Augustino Theologi Catholici consentiant, ab eodem vero dissentiant heretici. 26. Februarii, anno 1692.*

AUGUSTINUS.

CATHOLICI.

HERETICI.

I.

I.

I.

DE

STATU

INNOCENTIÆ.

**D**EUS primum hominem condidit in bonis, ( 1 ) sine ignorantia, & concupiscentia, & eum facilitate recti. Homo non potuit permanere in illis bonis sine adjutorio Dei: ( 2 ) ergo Adam habuit gratiam, eamque maguam, sed disparem ab ea, qua homo lapsus adjuvatur. Lærior fuit in Adamo, potentior in nobis; non enim in illo fuit ea concupiscentia, & difficultas recti, quæ in nobis superanda est. In Adamo fuit adjutorium, sine quo non posset perseverare; in vero adjutorium quo fieret, ut perseveraret: quia Deus non præveniebat ejus voluntatem delectatione recti, nec illam infallibiliter in rectum ferebat. ( Hic est enim verus sensus eorum, quæ leguntur ea super re in cc. Io. 11. & 12, libri de conceptione, & gratia. ) Si per illud adjutorium sine quo non adjutus homo non peccasset, nec concupiscentiam, nec ignorantiam, nec morbos, nec mortem corporis experturus fuisset; eaque felicitate ( 3 ) posteri ejus pariter fuissent potituri. Porro hominem tot, tantisque donis ornatum, a Deo primum creati, deicit, quia Deus illum ad suam ipsius beatitudinem fruendam destinabat, hoc est, ad intuitivam Dei visionem, qua frui eum, rebellium Angelorum loco, volebat: si tamen ignorantia, ( 4 ) & difficultas recti fuissent hominis primordia naturalia, non ideo culpandus Deus, sed laudandus esset.

**N**EMO Catholicorum negat, Adamum a Deo sine ignorantia, & concupiscentia, adeoque cum facilitate recti, fuisse conditum. Hanc ob causam Scholastici vere docent, in Adamo fuisse donum justitiæ originalis, quo concupiscentia homini, ex corpore, & anima constato, naturalis coerceretur. Catholici etiam fatentur, Adamum non potuisse donum illud conservare sine adjutorio Dei, quapropter in Adamo innocente agnoscent dona supernaturalia. Scholastici autem has Augustini voces adjutorium quo, & adjutorium sine quo non alii alio sensu accipiunt. Bene quidem, & in sensu Augustini eas explicant, qui ajunt, adjutorium quo esse ipsum perseverantiam donum, quod non fuit in Adamo: Adjutorium sine quo non esse perseverantiam possibilitatem; sed illi rem penitus introspicere videntur, qui ajunt, adjutorium Adami nihil aliud fuisse, quam habitus supernaturales, quos nemo in illo fuisse negat; eosque dici adjutorium sine quo non, quia, nisi Deus per illorum habituum motus, & actus illustrasset Adami intellectum, & ejus adjuvasset voluntatem, bene agere non potuisset. Eos autem non dici adjutorium quo, quia per illorum motus, & actus Deus non præveniebat Adami voluntatem, nec eam infallibiliter ferebat in rectum. Denique Catholici omnes concedunt, Adamum, cum posteris suis, futurum fuisse sine morbis, & morte, &c. si non peccasset, eumque ad finem supernaturalem, seu Divinam visionem fuisse creatum. Sed Scholastici quærent, utrum homo creati potuerit in statu puræ naturæ, hoc est, cum mediis mere naturalibus ad beatitudinem mere naturalem consequendam: vere quidam potuisse, affirmant. At Augustinus hac de questione contra Pelagianos nihil habuit dicere; quædam tamen ex ipso atulimus, quæ huic Scholasticæ opinioni favent.

**P**ELAGIANI affirmabant, eam, quam quisque nunc sentit, concupiscentiam, sic esse naturæ humanæ propriam, ut cum ea Adamus conditus fuerit vel in ipso statu supernaturali; eum enim statum supernaturalem nunquam negarunt. Calvinus vero, & Lutherus, cæterique exinde Novatores circa innocentiam statum in eo errarunt, quod verba Augustini, adjutorium quo, & adjutorium sine quo non, sic sunt interpretati, ut adjutorium sine quo non, quod volunt esse gratiam, similem illi, quam Scholastici sufficientem vocant, Adamo, uni datam fuisse, contendant: adjutorium vero quo esse gratiam efficacem, quam Adamum non habuisse, ajunt, ad bene operandum: utrumque porro illud adjutorium in eo distingere, quod per adjutorium sine quo non daretur mera agendi possibilitas, ita ut per liberum arbitrium homo illo adjutorio uti posset, vel non uti, quod dicunt, solius naturæ integræ proprium fuisse; per adjutorium autem quod detur ipse actus, ita ut per illud voluntas, ad agendum impulsus, non agere non possit, nec illud adjuvasset voluntatem, bene agere non potuisset. Eos autem non dici adjutorium quo, quia per illorum motus, & actus Deus non præveniebat Adami voluntatem, nec eam infallibiliter ferebat in rectum. Denique Catholici omnes concedunt, Adamum, cum posteris suis, futurum fuisse sine morbis, & morte, &c. si non peccasset, eumque ad finem supernaturalem, seu Divinam visionem fuisse creatum. Sed Scholastici quærent, utrum homo creati potuerit in statu puræ naturæ, hoc est, cum mediis mere naturalibus ad beatitudinem mere naturalem consequendam: vere quidam potuisse, affirmant. At Augustinus hac de questione contra Pelagianos nihil habuit dicere; quædam tamen ex ipso atulimus, quæ huic Scholasticæ opinioni favent.

Serry Tom. II.

( 1 ) In cc. 10. 11. & 12. l. de corrept. & grat. ( 3 ) 4. 4. cont. Jul. ( 4 ) Cap. 11. lib. de dono servo.

Ccc

II.

II.

DE

PECCATO

ORIGINALI.

**A**DAMUS per mutabilitatem naturæ suæ (1) se clatio- ni animi permisit, peccavit; de pomo vetito edit; statim donis gratiæ spoliatus est, morbi, (2) mors, &c. in ipsum, & posteros ejus insurrexere, & in pœnam tantæ inobedienciæ, caro hominis menti ipsius facta est inobediens, & ignorantia tenebras offudit. Sic natura humana concupiscentiæ vitio, veluti quadam mala affectione, corrupta est, (3) & licet, quoad substantiam, bona, utpote a Deo creata, tamen Deo exosa facta est, qui ipsam absque omni vitio condiderat. Quicumque autem ex Adamo generationi naturali procreatur, accipit naturam humanam, in se, &, ut a Creatore venit, bonam: (4) per peccatum vero, &, ut ab Adamo descendit, corruptam, Deoque exosam. Peccatum originale, quoniam nascuntur, quicumque Adami, procreatione naturali, filii sunt, est concupiscentia (5) cum reatu, qualis in generatione (6) cum natura transmittitur. Per Fidei protestationem, aut per Circumcisionem in veteri; per Baptismum in novo Testamento. in utroque autem; propter merita Christi, Deus nato homini vitium concupiscentiæ imputare definit: sic reatus peccati originalis deletur: (7) non tollitur tamen ipsum concupiscentiæ malum, & in homine magna pugna, & victoriæ materies remanet, donec per resurrectionem ab illo homo prorsus liberetur: quantumque inordinatos motus in regemque concupiscentia exciter, non sunt illi dicendi peccata, (8) nec imputantur iusto, nisi propria, & libera voluntate ipsis consentiat. Pueri, sine regeneratione morientes, (9) gloria privatione puniuntur.

**C**ONSTAT inter omnes Catholicos, Adamum per mutabilitatem naturæ suæ peccasse peccato inobedienciæ, pomum vetitum edendo; & statim in pœnam peccati sui, tum iustitia originali, tum donis supernaturalibus spoliatum fuisse, morbis, morti, ignorantia, & concupiscentiæ factum fuisse obnoxium, eaque etiam omnia mala in posteros ejus fuisse transmissa; & omnes, ex Adamo generatione naturali genitos, nasci reos peccati originalis, excepta B. Virgine, quam Ecclesiæ sensus a labe peccati originalis, vel in primo generationis instanti, liberat: nec id certe est contra mentem Augustini. Præterea, sive Scholastici dicant, peccati originalis essentiam esse in privatione gratiæ sanctificantis; sive velint, illud propagari propter partem aliquod, quo voluntas nostra in voluntate Adami, utpote in quo essemus omnes, continetur, nihil Augustino contrarium docent: sed cum illo, & re, & verbis conformius loquuntur, qui cum D. Thoma peccatum originale ajunt complecti duo, concupiscentiam, & reatum; ita ut concupiscentia sit quasi materiale peccati, reatus vero, formale: reatus autem ille sit privatio gratiæ sanctificantis, cujus primum hominem participem Deus, creavit, & quam excludit concupiscentia, pro eo reum ordine, quem Deus primitus constituerat. Deinde propagari peccatum originale per generationem, quæ nulla est sine concupiscentia; præterea Scholastici omnes docent, peccatum originale deleri per Baptismum in novo Testamento; in veteri; per protestationem Fidei: an deletum fuerit in Circumcisione, disputant, sed parum interest: docent etiam, & id quidem verum est, non tolli concupiscentiam per regenerationem: eamque esse in nobis malum negativum: docent denique, pueros, non regeneratos, puniri post mortem privatione visionis Divinæ, & bene addunt, eos non puniri igne æterno.

**P**ELAGIANI nunquam negarunt, Adamum peccasse in Paradiso, & per peccatum suum in mala multa incidisse: sed negarunt, peccatum illud posteris ejus nocuisse, nisi quatenus illis peccandi primum exemplum fuerat: aiebantque, concupiscentiam, ignorantiam, &c. esse hominis, etiam in statu supernaturali creati, conditiones congenitas, concupiscentiamque nihil in specie sua vitii habere, sed in excessu, quem cohibere liberum arbitrium posset; admittebant tamen necessitatem Baptismi, ut homines per regenerationem illam adoptarentur in filios Dei, & regni ejus heredes: nam sine illa adoptione, neminem in regnum Dei pervenire posse, contendebant, adeoque pueros, sine Baptismo morientes, regni illius extorres, nescio ubi locorum, volebant sui vita æterna; eos enim ullatenus puniri, pernegabant. . . . Novatores vero, ut Pelagianum fugiant errorem, (id enim præ se ferunt,) nihil, nisi peccati originalis, & concupiscentiæ nomen personant, sed circa illa multipliciter errant. Volunt, concupiscentiam esse ipsum formale peccati originalis, ita ut, quando peccatum originale esse concupiscentiam cum reatu definiunt, reatum illum dicant esse ipsam concupiscentiæ inordinationem, quæ Legi mentis repugnat: quod sane Fidei adversatur; nam per Baptismum peccati originalis reatus tollitur, & tamen post Baptismum remanet ea concupiscentiæ inordinatio. Deinde docent, peccatum originale per generationem ex natura rei, non vero ex decreto Dei propagari; sed quomodo vitium illud Adami transmissum est potius in posteros, quam cætera parentum vitia, nisi Deus per peccatum Adam, non ejus personam modo, sed etiam naturam corrupendam decreverit? Præterea dicunt, concupiscentiam, quæ in natura humana ex peccato Adami orta est, sic animo dominari, ut voluntati afferat peccandi necessitatem.

III.

(1) C. 3. l. 5. cont. Jul. (2) Ibidem, c. 5. (3) (4) (5) (6) Hec omnia passim habentur in l. cont. Jul. maxime l. 3. c. 23. l. 4. c. 4. & 7. l. 5. c. 7. 9. & 10. (7) L. 2. cont. Jul. (8) L. 1. cont. Jul. 2. l. 2. (9) L. 6. cont. Jul. cap. 4.

III.

DE LIBERO

HOMINIS LAPSI

ARBITRIO.

**I**N libero arbitrio distinguendum est posse, & velle; frustra enim volumus, nisi possumus, & posse nihil prodest, dum nolimus. Post peccatum Adæ, in libero hominis arbitrio remansit posse malum: perit posse bonum, gloria æterna dignum. Hoc sensu opera omnia infidelium, quantumcumque sint bona ex officio, non debent dici vera virtutes; quoniam (1) enim non sint ex gratia, non possunt conducere ad eam beatitudinem, quæ est certa merces omnis veræ virtutis in nostro statu. Quoad velle, liberum hominis arbitrium in homine per peccatum Adæ (2) non perit, sed factum est servum peccati; cum enim concupiscentia effraenis mentem perturbet, & motibus violentissimis eam præoccupet, voluntas ex concupiscentia agit, (3) nisi gratia Dei ab illa servitute eam liberet. Hinc Infidelium opera ex fine aliquo concupiscentiæ sunt, (4) superbia, v. g. suntque peccata, nisi fiant ex gratia per Christum. Sed quantumcumque concupiscentia, post peccatum, & ante gratiam, deleat voluntatem, hinc sane nulla afferuntur (5) necessitas voluntati, & ipsum ejus velle omnino liberum est, quod idem est, quando voluntas de serva peccati facta est serva iustitiæ: quantumcumque enim agendi motiva oriuntur ex gratia, & per eam fiant amabilia voluntati, homo nulla necessitate (6) premitur, est sui velle Dominus, illud habet in sua potestate; quod facit, facit, cum vult, hoc est, sine ulla necessitate.

**T**HEOLOGI omnes ad unum docent, per peccatum Adæ periisse in homine facultatem agendi bona supernaturalia: docent etiam, concupiscentiæ, per peccatum originale frano omni soluta, motibus præveniri, & perturbari mentem, nec nisi a Deo Redemptore homini bene ad finem supernaturalem agendi motiva præberi: quæ ipsissima sunt, & omnia hac super re Augustini dogmata. Sed Scholastici præterea movent duplicem questionem: utrum nempe post peccatum Adæ homo possit agere ea, quæ sint bona bonitate morali, hoc est, conformia rectæ rationi, sine ullo respectu ad beatitudinem supernaturalem: & utrum possit velle ex motivo rectæ rationis tantum, ita ut agat, quia rectum, & quia honestum est præcise. Augustinus neutram ex his questionibus examinavit; nec enim ipsi locus fuit contra Pelagianos, quos respectivo ad actus supernaturales semper oppugnavit; quapropter dissentire Augustino dicendi non sunt Scholastici, qui, dum agnoscunt ea omnia, quæ docet Augustinus; præterea id, de quo nullatenus ille egit, & quod ipsius admittit dogmatis non opponitur, statuunt, quod nos defendimus; hominem posse bene agere moraliter, & aliquid in se bonum velle ex motivo solius honestatis moralis: adeoque ipsa Infidelium opera posse non esse peccata. Quin Augustinus huic doctrinæ aliquatenus suffragari videtur; cum docet, remansisse in homine semina virtutis post Adæ peccatum, & per illud non omnino deletam fuisse Dei imaginem, c. 28. l. de spir. & lit. Porro Scholastici huic suæ doctrinæ, propter vim concupiscentiæ, hunc modum recte afferunt, hominem non posse amare Deum super omnia, etiam amore naturali, aut saltem non id posse diu, nec servare omnia mandata, nec vincere graves tentationes.

III.

Ccc 2 IV..

(1) L. 4. cont. Jul. c. 3. (2) Lib. de grat. & lib. arbit. c. 4. (3) Lib. 2. de peccat. merit. & remis. cap. 17. (4) L. 4. cont. Jul. c. 3. (5) (6) L. de natur. & gr. c. 65.

IV.

DE

PECCATIS

ACTUALIBUS.

**P**RETER peccatum originis, alia sunt peccata, quæ homini propria addit voluntate. Concupiscentia, & ignorantia peccata sunt, sed quia peccata facta sunt, sic vocantur, (1) sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata autem sunt, quæ secundum carnis concupiscentiam, vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur, quæ, transacta etiam, reos tenent, si non remittantur. Alia sunt minora, & poena tantum temporalis, alia majora, & poena aeterna digna; majora, quæ crimina dicuntur, poenitentia remittuntur; minora, quæ peccata tantum nuncupantur, cordis dolore, elemosynis, & Oratione Dominica absolvuntur. Deus in bonum electorum peccata permittit. Nemo est, nec erit, nec fuit sine omnino peccato, præter Christum Dominum, & B. Virginem, de qua, cum de peccatis agitur, nulla habenda est questio; (2) Potest enim aliquis, gratia Dei adiutus, non solum aliquid bene, sine ulla omnino culpa, agere, sed etiam totam vitam innocens vivere. Quædam sunt in nobis peccata ex necessitate, sed ea sunt peccata originis, non propriae voluntatis; illud enim non est (3) voluntatis peccatum, a quo non liberum est abstinere. Hinc quæ fiunt ex ignorantia, si ea sit voluntaria, peccata sunt: si vero non est voluntaria, nuncupantur peccata, quia ipsa ignorantia facta est a peccato; non tamen imputantur, nec reos tenent saltem baptizatos; adeoque non sunt vere peccata, (4) nisi quis neglexerit orare, atque ita fugare ignorantiam suam; quod idem est de animi infirmitate.

V.

QUA VOLUNTATE DEUS VELIT, OMNES HOMINES  
SALVOS FIERI.

**J**ESUS Christus, mediator Dei, & hominum, mortuus est, ut in sanguine ejus omnes homines liberarentur: non tamen omnes revera liberantur: nec Deus ea voluntate, cui nemo

**Q**UIS Theologorum Catholicorum negaverit, ea, quæ fiunt ex concupiscentia, & ignorantia, quæ sunt in nobis peccati, originalis effectus, posse dici metaphoricè peccata? Quis eorum etiam non consentiat Augustino docenti, Deum permittere peccata in bonum electorum, neminem, excepto Christo, & B. Virgine, sine omnino peccato totam vitam fuisse, aut esse, aut futurum unquam; posse tamen justos, sine omni culpa, per Dei gratiam bene agere? Porro ostendimus, Augustinum cum illis consentire, cum statuunt, nulla esse vera peccata, seu imputabilia, quæ non sint libera, saltem libertate contradictionis, adeoque peccata ex ignorantia invincibili, sive facti, sive juris positivi, sive juris naturalis, non esse vera peccata, quæ homines reos teneant. Item Augustinus cum illis consentit de cæteris peccatorum proprietatibus, gravitate, & levitate, reatu culpæ, & poenæ, macula, quatenus actus præteritus peccatorum reum tenet, denique remissione peccatorum. Sed Metaphysicam eorum omnium rationem Scholastici examinant: meliusque eam definiunt, qui adiunt, peccatum habituale esse reatum odii Divini; quatenus Deus acceptat jus, quod habet ex actu peccaminoso, ad peccatorem odio habendum, hinc est reatus culpæ, & poenæ; hinc est privatio gratiæ sanctificantis. Deinde peccatum gravius esse, aut levius, aut pro graviore, aut leviori violatione legis, sub majori, aut minori poena impendantis. Denique peccatum quoad culpam, aut poenam remitti, nihil esse, quam Deus cedere jure suo & ad odio habendum, & ad puniendum peccatorem. Potest autem Deus cedere uno jure, alio retento: sic remittitur reatus culpæ, non penitus remisso reatu poenæ.

V.

**C**ATHOLICI omnes profitentur, Jesum Christum, verum Dei Filium, mortuum esse, ut omnes homines a peccatis, tum originali, tum actualibus, liberati, salvi fiant: non

V.

**P**ELAGIANI contendebant, hominem solis naturæ viribus posse totam vitam sine omni peccato transigere, multosque revera transigisse. Lutherus contra, & Calvinus negant, quidquam, etiam ab homine justo, sic posse bene agi, ut omni proflus culpa careat. Cum istud cæteri Novatores defendunt, libertatem a necessitate non requiri ad rationem veri, & proprie dicti peccati; quia nimirum necessitas peccandi in nobis exorta est a peccato primi hominis, quod perfecta libertate commissum est. Hinc ea, quæ in nobis fiunt concupiscentiæ lege, vera peccata esse, contendunt; ea pariter, quæ fiunt ex ignorantia invincibili juris naturalis, in quo, cur inter ignorantiam juris naturalis, & juris positivi, aut facti, discrimen esse velint, non apparet ratio; pleraque enim ex Augustini locis, cuius unius auctoritate contra ipsam, ut faterentur, rationem sententiam hanc suam stabilunt, ad ignorantiam juris positivi, aut facti pertinent. Lutherus, & Calvinus, ad reatum poenæ remittendum, utiles esse preces, elemosynas, & cætera opera satisfactoria; ad remittendum culpæ etiam mortalis reatum, necessarium esse Sacramentum Poenitentiae, negant. Eadem cæteri Novatores loqui verentur; sed ut Sacramenti usum abrogent, ad illud suscipiendum eas animi dispositiones postulant, quæ vix in Beatis, & Angelis reperiantur. Contra eos omnes ex Concilio Tridentino statuimus, Sacramentum Poenitentiae esse necessarium, ut remittantur peccata actualia mortalia; Confessionis auricularis legem esse de jure Divino; Arctriorem cum Sacramento sufficere.

V.

**I**N eo errant Pelagiani circa Christi mortem, quod negant, eum esse mortuum, ut homo liberaretur a peccato originali, & jure malis. Novatores in eo etiam errant, quod negent;

resistit, vult, ut omnes re ipsa liberentur; sed quicunque liberantur, per Christum liberantur. Hinc per unius justificationem vitæ, & Deus vult, omnes salvos fieri. Hic rectè ab Apostolo omnes dictum est, quia nemo, nisi per Christum. (Hac explicatione, quæ, ut patet, est de sola efficacia absoluta mortis Christi, & Divinæ voluntatis, uti debuit ut plurimum Augustinus contra Pelagianos. Esti sæpe omnes Apostoli sumit pro omnibus, & (1) singulis hominibus) Deus propter merita Christi gratiam suam concedit hominibus: ea est omnibus, etiam justis, ad bene agendum absolute necessaria. Quisquis fidem habet, orare potest, & sic cuicumque fidelis, & iusto mandata Dei sunt possibilis (2), quia per orationem impetrare potest gratiam, quæ possibilis fiant Dei mandata, quæ viribus naturæ essent impossibilia Oratio tamen est donum Dei, adeoque is, qui per orationem, ut mandata obtineat, obtinuit, gloriari in se non potest, sed in Domino, qui preparat voluntates. Deus paratus est nos a vitiis nostris gratia sua liberare, licet gratia illa sine ullis hominum meritis detur: non tamen nihil studii, (3) & diligentia in hominibus esse oportet: non quia in his meritum esse potest, sed quia hominum studio, sive quo se ipsos, sive quo alios excitant, Deus sæpe utitur, ad præparandas voluntates.

VI.

DE PRÆDESTINATIONE, ET REPROBATIONE.

**P**ER peccatum Adæ tota natura humana, morte damnata, facta est massa perditionis. Si nullus ex illa assumeretur ad Beatitudinem, omnesque homines poenis aeternis addicti in illa massa relinquerentur, nulla esset apud Deum injuria. Verumtamen multi in suo numero ab illa massa eliguntur, & ad salutem eternam prædestinantur. Prædestinatio Sanctorum nihil aliud est, quam præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur. Beneficia illa Dei sunt ejus auxilia, quibus perseverantur sunt ii, qui sunt vocati secundum præscientiam, & propositum. Illa beneficia gratuita sunt, & sine ullis ho-

VI.

**C**UM Augustino Theologi admittunt, omnes homines damnationis aeternæ reos nasci; alios ex iis eligi a Deo, qui ab illa damnatione liberantur; alios ab eo relinqui. Primos accipere auxilia efficacia ad perseverandum in bono; alios non accipere efficacia: ea auxilia, sine ullis hominum præcedentibus, aut prævisis meritis, concedi: cur aliis ea Deus det, aliis denegat, illud esse judicium Dei inscrutabile: sed Deum erga primos misericordem, erga postremos non esse iniquum; nullum enim ex illis punit, nisi propter peccatum aut originis, aut propriae voluntatis. Præterea quaerunt, an prædestinatio ad gloriam sit ante, an post prævi-

VI.

VI.

**P**ELAGIANI docebant, prædestinationem Sanctorum oriri ex bonis operibus, quæ illi viribus solis liberi arbitrii egissent: Semipelagiani initium prædestinationis esse ab initio fidei, quod solis viribus naturæ tribuebant. Augustinus contra eos tam vehementer scripsit, ut quibusdam visus fuerit docere, alios necessario salvos fieri, alios necessario damnari: hos non uno libro ab hac opinione revocat Augustinus. Sed hinc nihilominus nati sunt Prædestinatiarii hæretici. Novatores nullum dubitandi locum relinquant, utrum hujus hæresis sint defensores. Docent enim, quosdam sic prædestinari a Deo ad damnationem, ut nulla illis sint omnino media.

(1) L. 1. cont. 2. Epist. Pelag. ad Bonif. c. 13. (2) L. de Spirit. & Litt. c. 1. (3) Lib. 1. operis impositi. (4) Lib. de nat. & grat. cap. 68.

(1) Lib. 6. cont. Jul. l. de corrept. & grat. c. 16. (2) Lib. de grat. & liber. arb. c. 16. (3) L. de nat. & grat. c. 68. l. 2. de pecc. merit. & remiss. c. 5.

minum meritis donantur. Si quis quærat, cur Deus ea beneficia huic potius, quam alii concedat, respondetur; Quis Dei consiliarius fuit? O altitudo! Gloria datur, & debita est (1) meritis, & operibus bonis Sanctorum; ea tamen recte dicitur gratia; nam merita Sanctorum sunt dona Dei. Si quis diu bene vitam egit, nec in bono perseverat, hoc ipso non erat e numero eorum, qui vocati sunt secundum propositum: si fuisset ex nobis, non exisset ex nobis, inquit Joan. eorum enim, qui secundum propositum Dei vocati sunt, nullus perit, sicut eorum, qui non sunt ita vocati, nullus ad gloriam pervenit. Nullus tamen eorum perit, nisi propter originale, aut actuale peccatum. *Hæc omnia dogmata habentur præcipue lib. De Corrupt. & grat. c. 7. 8. 9. 10. 13. lib. de dono persever. c. 14.*

VII.

VII.

VII.

## DE JUSTIFICATIONE, ET INDURATIONE.

**N**OBIS in hac vita justificationem secundum tria ita confertur, (2) prius lavacro regenerationis, deinde confessione cum vitis, tertio, dum nostra exauditur oratio, qua dicimus: Dimitte nobis debita nostra. Deus sua, & non nostra iustitia nos iustos facit, (3) quia sine illius adiutorio nihil bene volumus, & agimus. Lex terrens nos iustos facere nequit, quia sola non adjuvat, (4) ut peccata, quæ ostendit, fugiamus; hinc quæ fiunt ex metu, quem lex, aut concupiscentia inficit, ad justificationem nostram nihil profunt; aliter opera, quæ fiunt ex metu, (5) quem Spiritus Sanctus in animis nostris excitat: ea sola opera quæ fiunt ex Fide, & gratia nos justificare possunt. Hinc nulla est iustitia, nisi in Fide Christi, (6) per quam ipsi veteris Testamenti Sancti iustificati sunt; Fides tamen nihil (7) prodest sine operibus: ipsa autem Fides est donum Dei: (8) omnis ergo nostra justificatio gratuita est, & nemo de meritis suis gloriari potest. Gratia ante justificationem est a spiritu excitante; in justificatione vero a spiritu inhabitante. Ante justificationem opera bona sunt mortua (9). In iustitia perseverare usque in finem, est donum Dei. Induratio, & occæcatio fit, cum Deus aliquem desideris suis tradit: fit

(1) Lib. de grat. &amp; lib. arb. esp. 6.

(2) Ex l. 2. cont. Jul. (3) L. de grat. c. 47. (4) Ibid. c. 8. &amp; alibi passim. (5) L. de grat. &amp; lib. arb. c. 18. (6) L. de pecc. orig. c. 24. (7) (8) L. de grat. &amp; lib. arb. c. 7. (9) L. de nat. &amp; grat. c. 23.

sa merita. In duas partes seinduntur, at non tam re, quam intelligendo modo videntur sentire. Primum enim omnes fatentur, prædestinationem ad gratiam efficacem fieri ante prævisa merita, & gloriam esse veteram meritorum mercedem: sed alii considerant prædestinationem ad gloriam, ut gloria continetur in mediis ad eam efficacibus; & vere dicunt, eam prædestinationem fieri ante prævisa merita: alii considerant prædestinationem ad gloriam, ut gloria est merces meritorum; & vere dicunt, prædestinationem fieri post prævisa merita: utriusque cum Augustino consentiunt, etiam dum inter se dividuntur, nam hoc utrumque docet Augustinus: Gloriam esse & mercedem, & gratuitam: mercedem quidem, quia datur meritis; gratuitam vero, quia merita sunt dona Dei.

media ad salutem, nec quidquam possint, nisi agere opera damnationis: cumque aliqui boni ad tempus operantur, hoc a Deo permitti, ut per lapsum illum in peccata, quæ necessitate commissuri sunt, electorum salutem consulatur. Eos autem, qui prædestinati sunt a Deo ad gloriam, sic non posse perire, ut necessario, & sine ulla libertate, nisi a coactione, perseverent. Et ille Apostoli, O altitudo, &c. eod. peritære, quod alii sic necessario salvi fiant, alii necessario pereant.

autem convenienter a Deo, non per patientiam, ita ut Deus volens, quemque saluum fieri, expectet, dum peccator solis proprii arbitrii viribus se ad Deum convertat, ut contendebat Julianus; sed per potentiam Dei, quia Deus merenti peccatori (1) denegat auxilia efficaciam, quæ ipsi posse dare, per quæ certo revocaretur a peccatis, & quia Deus permittit, ut peccator iterum peccet, sitque in certis peccati periculis. Cur Deus alium induret, alium convertat, quis iterum ejus consiliarius fuit? O altitudo! constat tamen, quod neminem indurat, nisi propter merita sui peccati, dum convertit alium præ misericordia sua.

VIII.

DE

VIII.

GRATIA

VIII.

EFFICACIA.

**G**RATIA, qua homo bene agit, est adiutorium, quo Deus in nobis operatur velle, operando in ipsa voluntate delectationem recti. Illa prævenit, & corroborat voluntatem; (2) & nisi præveniret, & corroboraret, nihil homo infirmus ageret: non tamen nihil homo agit, & quæ ex gratia agimus, merita (3) nostra dici possunt, quia sicut sine illa non agimus bene, sic ipsa sine nobis non agit, sed nobiscum, Non ego, sed gratia Dei mecum. Eam Deus non dat omnibus, nec ad omne tempus; eam illis tantum, qui secundum propositum vocati sunt, ad perseverandum, concedit. Cur eam aliis det, aliis denegat, o altitudo! eam enim mereri nemo potest, nec unquam ea datur secundum merita, sive præterita, sive futura, sive prævisa. Gratia Christi movet suadendo: (4) nostra voluntatis est, gratia consentit, aut dissentit. Gratia Christi est operans, excitans, præveniens, non solum quia præcedit merita nostra, sed quia sine nobis producit in nobis delectationem recti: dicitur cooperans, adjuvans, & subsequens, quia adjuvat, & subsequitur voluntatis consensum.

**H**IC Catholicus Theologus in eo ab Augustino dissentit, si creditur Novatoribus; quod hic doceat, Deum in nobis physice operari velle; illi autem dicant, id a Deo fieri tantum moraliter: verum per operari velle Augustinus duo tantum intelligit, quæ ipse explicat c. 33. l. de spirit. & liter. Primo Deum operari in nobis sine nobis motum indeliberatum voluntatis, quem appellat delectationem recti; deinde Deum adjuvare motum deliberatum voluntatis, quo ex delectatione indeliberata seipsa libere determinat ad bonum. Quis Scholasticorum negat, utrumque a Deo fieri physice in nobis, cum Deus scilicet mentem illustrat, excitat voluntatem, & eam agentem adjuvat; quæ omnia satis præstat gratia congrua, quam alii sub luce scientiæ mediæ, alii sine illa dari volunt: utrovis modo detur, parum refert, dumne prædeterminet physice; id enim non est Augustini doctrinæ consentaneum; in cæteris omnibus Theologi cum Augustino consentiunt, gratiam non dari secundum merita. Eam esse prævenientem, operantem, excitantem, cooperantem, adjuvantem, & subsequentem: eam esse auxilium, quo homo dominatur concupiscentiæ. Gratia efficax non differt a sufficienti perentitatem suam, sed per effectum, & maxime per modum, quo conceditur a Deo.

na nihil omnino boni perferri posse. Indurationem, & occæcationem fieri, ita ut induratis & occæcatis nullum sit omnino bene agendi auxilium, atque adeo peccent necessario; & tamen eorum peccata singula sint vere, & formaliter in se ipsis nova peccata.

*Harum Conclusionum veritas, Deo duce, & auspice Despara, propugnabitur die Martis XXVI. Februarii anni M. DC. XCII. a tertia ad vesperam.*

IN REGIO LUDOVICI MAGNI COLLEGIO SOCIETATIS JESU. JESUI.

(1) L. 5. cont. Jul. c. 3. (2) L. de grat. & lib. arb. c. 17. 18. (3) L. de prædest. Sancti. c. 3. & Epist. Paulino. (4) L. de Spir. & liter. c. 33.